Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Catalogus Librorum in Bibliotheca Reichiana triplici ordine dispositorum in curia canonicali domini Leopoldi Theodori Reich, canonici ad St. Petrum - Cod. Ettenheim-Münster 206

Reich, Leopoldus

[S.l.], 1688

De suppressione et diminutione beneficij

urn:nbn:de:bsz:31-118202

Visual Library

De Suppressione et Diminutione Beneficij.

Suppressio & diminutio Beneficij fieri non potest sine causa: ex causa potest, puta propter diminutionem redituum, idq ab Episcopo cum consensu Capituli: quemadmodum enim fieri potest augmentum ex crescentibus facultatibus, non obstante confirmatione papæ cap. cum M. ferrariens. de constit. ita & diminutio diminutis facultatibus. Limita, nisi numerus sit iuramento firmatus. vide Honor. Lum. in decret. lib. 3. tit. 5. de præb. diui. vid. Conc. trident.

Potest autem numerus beneficij augeri, etiamsi non sint aucta facultates, non obstante Confirmatione papæ, si in ea non est clau. decreti irritantis vt in c. dilecto de præbend. quia augendo cultus diuinus ampliatur, & Confirmatio videtur facta fauore statuentium, & Canonicorum, quod adhoc ne numerus sit maior, & sic illi renuntiare possunt, nisi confirmationi sit data clau. Diminuendo vero cultus diuinus extenuatur, & Confirmatio videtur facta non fauorem statuentium seu Canonicorum, sed fauore Ecclesiæ & cultus diuini, quo ad hoc ne numerus sit maior, & sic nullo modo possunt illi renuntiare. Et quod statuentes non possunt reuocare statutum confirmatum à papa, quando concernit fauorem alterius & quando est confirmatum cum præcepto, quod omnino seruetur. vide Garcia de benef. p. 12 cap. 1. de suppress. & extinct.

Per Clausulam decreti irritantis videtur papa habere pro irrito, quod fieret in Contrarium

f. 2.

& animaduertiſſe ad fauorẽ Ecclię, & obviare fa-
cultati Canonicorum.

De poſſeſſiõe Canonicatus.

Poſſeſsio Canonicatus Cathedralis aut Collegiatę
Ecclię provisis de eo debet tradi à Canonicis ca-
pitulariter c. dilectus. 1. § 1. c. dilecto de praeb.
c. 2. de renunc. Et poſseſsio cuiusq̃ dignitatis
& Canonicatus & beneficij per aſsignationem fabri
deputati Stalli in Choro, & loci in Capitulo.
vide summ. decret. Jo: Honor. ab apol et lib. 3.
tit. 7. de Instit. n. 19. & 20. Executor à Papa
datus, tradere potest poſseſsionem. ibidẽ n. 10.

Is cui facta est Collao beneficij, non potest ingredi
poſseſsionem authoritate superioris, neq antea
loci administrare in temporalibus & spiritualibus
in ido beneficio ibidem n. 11.

Varietatem temporum in materia Electionis vide
apud Rebuff. in Concord. Gall. Tit. de Elect. dero-
gatiõe in princi.

Concordata.

An concordatis derogari poſsit? vide addit post
Reb. in reg. cancell. reg. 1. vide branden. in con-
cord. Germ. q. 8. De statutis Cathedral. Ecclarum.

vid. pleni eundem in praef. ad rubr. de collat. in Concord. fol. m. 902. et 905. et seqq.

An papa derogare poſsit in materia beneficiorum
antiquis statutis & privilegijs Eccliarũ Cathe-
dralium? vide caus. 35. q. 9. c. 2. vide Caus. 25. q.
2. cap. 21. & ea quę ibi notantur in gloſsa 2. pr.

Non communicet sacris altaribus, qui neſcit le-
gere sacris canonibus caus. 25. q. 1. c. 13.